Son bon sens pastoral fit cependant que l'attitude de Jansénius évêque fut parfois différente de celle qu'on eût attendue de Jansénius écrivain. En particulier, il adopta sur la matière présente une position voisine de celle qui recevra beaucoup plus tard le nom de distinction de la thèse et de l'hypothèse. Il y fut amené par le problème des « rétorsions ». Celui-ci avait son origine dans l'existence très ancienne de « terres de contribution » : peu nombreuses, les troupes des pays en guerre étaient en effet normalement en garnison dans des places fortes ou citadelles, mais des raisons surtout économiques les amenaient à tenter des raids plus ou moins espacés contre les campagnes voisines. Les soldats protestants s'attaquaient alors de préférence aux biens d'Eglise (sur les « terres de contribution » des diocèses de Bruges et d'Anvers en 1623 et en 1631, cf. *Dict. Hist. Géog. Eccl.*, t. III, c. 647). Ces opérations commencèrent à changer de caractère après la chute de Bois-le-Duc (septembre 1629). Les Etats décrétèrent aussitôt (20 octobre et 12 novembre 1629) l'interdiction complète du culte catholique dans la ville et dans les quatre-vingt paroisses de la Mairie (cf. *Mars Gallicus*, II, 26, p. 338) qui étaient censées conquises en même temps qu'elle. L'Infante Isabelle donna en revanche aux prêtres l'ordre de rester sur place et, en même temps, fit enlever tous les pasteurs ou « prédicants » dont les Espagnols purent s'emparer aux environs de l'Ecluse et de Berg-op-Zoom. La question fut discutée lors des négociations de Tilburg (janvier-juillet 1630), mais sans succès (cf. *Correspondance*, p. 440, n. 10, et R. DELPLANCHE, *Pierre Roose*, Bruxelles, 1945, p. 33). D'où, le 13 juillet 1632, des levées de subsides dans la Mairie suivies, le 23, de représailles dans le quartier d'Anvers. D'autres « rétorsions », de plus en plus étendues, suivirent les 21 novembre 1633, 25 janvier 1634, 30 mars 1634, 15 avril 1634. Quelque temps interrompues par les négociations pour une trêve, elles reprirent le 4 décembre 1635,

les Etats édictèrent une nouvelle ordonnance le 23 février 1636 et un grand placard de rétorsions le 2 décembre 1636 : tous les ecclésiastiques des Pays-Bas devaient payer une rançon de cinq cents ou mille florins. Il n'est donc pas étonnant qu'on ait compté six-cent-quatre-vingt-dix curés et prêtres fugitifs, tandis que seulement huit pasteurs avaient été chassés du diocèse d'Anvers et vingt-deux de Hollande méridionale entre Meuse et Waal (cf. Fl. PRIMS, *De schrikkelijke jaren van de Retorsie, 1632-1642*, dans *Taxandria*, t. 39, 1932, pp. 72-84).

Ce résultat désastreux était attribué le 22 mai 1641 par le jésuite Jean de Tollenaere à l'entêtement du chef-président Pierre Roose : « Cum praetexerit se stare velle pro puncto honoris Regis Hispaniae, causa fuit cur, per repraesalia Hollandorum, jussi sint exulare pastores et sacerdotes ex omnibus terris contributionis, nec mutare voluit sententiam, etsi episcopi instarent et ostenderent incredibile damnum animarum. Multa enim hominum millia sine confessione aut viatico (ad quae anhelabant aut quibus valde indigebant) e vita discesserunt. Duravit enim haec miseria multo tempore » (dans L. CEYSENS, *Sources relatives aux débuts du jansénisme*, Louvain, 1957, p. 78).

Roose avait-il cherché à faire approuver sa conduite par l'évêque d'Ypres dont il avait vivement souhaité la promotion et qui avait suivi ses indications dans son *Mars Gallicus* ? Nous croyons plutôt qu'il le considérait comme le théologien le plus capable de donner des avis prudents sur les matières mixtes. Il l'avait d'ailleurs déjà mis à l'épreuve au sujet des monnaies, des serments des magistrats, du mariage de Gaston d'Orléans, et chaque fois avec grand succès (*Correspondance*, p. 582). Ces consultations répétées devaient d'ailleurs lui permettre de faire entrer bientôt Jansénius au Conseil d'Etat : les théologiens de Louvain l'annonçaient dès décembre 1635 et les jésuites n'en doutaient pas non plus (Arch. Gén. Roy., f. U. L., t. 388, f. 53 v° — J. DE MONBRON, *Disquisitio... historico-theologica an jansenismus...*, 2^e p., s. l. n. a. (1692), p. 16).

Quoiqu'il en soit, l'évêque d'Ypres répondit le 6 février 1638 à la question : le mal causé par les rétorsions doit-il faire tolérer l'exercice du protestantisme dans le district de Bois-le-Duc (ff. 2 r°, 3 v°) et dans la Campine (f. 5 v°) ? Son mémoire aurait dû être joint à la lettre adressée le 11 mars 1638 au Roi par le Cardinal-Infant, mais il fut envoyé peu après à André de Rojas par Francisco de Galaretta, secrétaire d'Etat à la guerre à Bruxelles (J. CUVELIER

et J. LEFÈVRE, *Correspondance de la Cour d'Espagne sur les affaires des Pays-Bas*, t. VI, *Supplément 1598-1700*, p. 473).

Si le *De retorsionibus judicium* commence par des concessions apparentes à la thèse de l'unité absolue de culte, c'est peut-être pour ménager des contradicteurs puissants, mais c'est surtout que la force de leurs arguments n'échappait pas à l'auteur du *Mars Gallicus*, au disciple de saint Augustin (bien qu'il le cite plusieurs fois avec exactitude, Jansénius réussit à faire oublier quelle était sa position en la matière). Il peut se réclamer à meilleur droit du principe du moindre mal énoncé dans un passage de la II^a II^{ae} (q. 10, art. 11) déjà cité dans le *Mars Gallicus*, II, 26, p. 335 (« ritus... non tolerandi... nisi forte ad aliquod malum vitandum »). Cette condamnation de la « fausse liberté » lui ayant permis de mettre hors conteste son orthodoxie et de présenter sa solution comme un milieu entre deux extrêmes, Jansénius l'expose en termes très nets. Après avoir énoncé le problème, il dégage en véritable historien le fait qu'en cinquante ans le calvinisme avait si complètement perdu sa séduction spirituelle qu'il avait peine à se maintenir, même là où son pouvoir politique était incontesté (il abandonne ainsi implicitement le principe invoqué par le *Mars Gallicus*, II, 27, pp. 333 sq. : l'autorité des gouvernants entraîne les peuples à l'hérésie). Il n'a pas de peine à faire une énumération convaincante des inconvénients religieux de l'absence de prêtres et se montre plus original en signalant le bénéfice psychologique que les Etats-Généraux tiraient de la tolérance qu'ils affectaient (le *Mars Gallicus*, II, 28, pp. 352, 357, insistait au contraire sur l'opposition des Centuriateurs et de Paraeus à la liberté de conscience et sur la mauvaise foi des Gomaristes). Si le protégé de Roose souligne ensuite les avantages politiques de sa solution, ce n'est pas seulement parce qu'il s'adressait à des hommes d'Etat : à ses yeux catholicisme et loyalisme à l'Espagne furent toujours liés. Il termine par une habile utilisation de la parabole de l'ivraie qu'il avait d'abord fait semblant d'abandonner, et par des conseils pratiques qui paraissent judicieux sur les moyens de conclure avec les Etats-Généraux un accord qui, des rétorsions, pourrait s'étendre aux contributions.

Voir sur l'ensemble du problème traité ici par Jansénius E. HUBERT, *Etude sur la condition légale des protestants en Belgique depuis Charles V jusqu'à Joseph II*, Bruxelles, 1882, et W. P. C. KNUTTEL, *De toestand der Nederlandsche Katholieken*, La Haye, 1892.

De retorsionibus judicium

6 février 1638.

[f. 1, r^o] Nihil est in iis quae de rebus agendis disputantur quaestionibus, quod perplexiores difficultatum nodos ingerat, quam quaedam quasi pugnae Scripturarum atque rationum, quibus quasi ponderibus animus nunc in hanc, nunc in illam partem libratur et vergit quamdiu liquido non potest, discussis nebulis, quibus propter circumstantiarum contrarietatem ac multitudinem involvitur, cardinem veritatis attingere. Quibus molestiis ut sese expediant homines, plerumque errant, non servantes modum, et cum in unam partem inclinari coeperint, non respiciunt alia vel humanae momenta rationis, vel divinae auctoritatis testimonia quibus possunt ab illa intentione revocari, et in ea quae ex utrisque moderata est veritate et moderatione consistere.

Quod ne accersitis aliunde exemplis quae in promptu posita sunt, ostendamus, in hac ipsa causa tolerandorum haereticorum quae habetur in manibus. Quidam, cum intuentur vel malorum gravitatem, vel periculorum magnitudinem quae ex ministrorum haereticorum nascuntur tolerantia, vel praeceptorum severitatem quibus in Scripturis admonemur fugere haereticos, ut Ethnicos habere Ecclesiae contemptores, a compage corporis membrum quod nos scandalizat avellere ⁵⁹⁾, aliaque tum Pontificum, tum Principum decreta quibus impiarum superstitionum ritus omnibus modis comprimendos esse sanciunt, magnopere ad excludendum universum sectarum quarumlibet ministerium accenduntur, qui zelus eo justior iis qui sic moventur apparet, quod in Veteri Testamento reges illi, qui verum Dei cultum alacriter defenderunt, dilapsumque restituerunt, David, Josaphat, Ezechias, Josias, summa cum laude celebrantur, qui neglexerunt, non minore vituperatione culpantur. Ex quo illud Augustini fluxit : *Temporibus prophetarum omnes* [f. 1, v^o] *reges qui in populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt quae contra Dei praecepta fuerant instituta, culpantur : et qui prohibuerunt et everterunt, super aliorum merita laudantur* (Epistola 50 ad Bonifac.) ⁶⁰⁾.

Quidam vero e contrario, cum fidem esse debere voluntariam et a Principibus mala etiam gravia permitti posse didicerint, et per Scripturas bonorum malorumque peremptionem sive in mundo, sive in Ecclesia sic demonstratam vel praedictam esse perspexerint, ut usque *ad messem crescere* ⁶¹⁾ jubeantur, relaxandam esse putant omnem Ecclesiae disciplinam, et nescio qua securitatis perversitate Religionis libertatem ubique locorum jussu et armis aperiendam et inferendam sibi esse persuadent.

⁵⁹⁾ Cf. *Mars Gallicus*, II, 26, éd. de 1639, p. 336.

⁶⁰⁾ Dans la réimpression des *Opera omnia* de Louvain donnée à Paris en 1614, t. II, p. 80 D.

⁶¹⁾ Matth. XIII, 30.

Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utroque extremo temperatam vitam sententiamque moderari, ut neque patientiae indiscretæ nomine torpescamus, quasi ad Principes et Antistites nihil in hoc genere spectaret nisi dicere quid cuique cavendum, faciendum, credendumque sit, quo vero quisque modo reipsa credat, aut colat Deum, susque deque ferre : neque obtentu zeli ac diligentiae tanto periculosius quanto quasi religiosius saeviamus.

Quapropter in ista de Retorsionibus confirmandis tollendisve quaestione, salvo sanius existimantium iudicio, ita censeo.

1^a Quaestio : **An tolerari possint aliqui ministri Calviniani ?**

Primo si rem generatim in se ipsa spectatam ponderemus, rectissime rigorem severitatis adhiberi ne haeretici ministri in illas ditiones Catholicae Majestatis, ubi numquam Calvinianae superstitionis exercitium admissum fuit, admittantur. Hoc enim postulat et ipsa Lex [f. 2, r^o] intemeratae Religionis, quae in unitate cultus et fidei Deum Verum colendum praecipit, et ipsa naturae instituti principatus quae gravia subditorum pericula et scelera, sine quibus haeresis esse non potest, ab eis penes quos gubernandae Reipublicae auctoritas fuerit arcenda, tollenda, punienda, praescribit. *Non enim sine causa gladium portat princeps, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit* ⁶²⁾, de quo non est uberius satagendum, cum lex illa domui Austriacae quasi capitalis esse videatur.

2^o Censeo, in casu et circumstanciis, in quibus versamur, licitum esse Principi temperare istum severitate [sic] rigorem, permittendo paucis quibusdam ministris Calvinianis libertatem habendarum concionum et exercendae suae superstitionis in districtu Sylvaeducensi, ea lege ut fugati Pastores et Clerus bonis et sedibus suis et functionibus restituantur. Nam quamvis divina lege vetitum sit facere mala ut eveniant bona, non est tamen semper vetitum mala quaedam Reipublicae perniciose tolerare seu permittere ut aliud gravius impediatur malum, vel ne excellentius impediatur bonum ⁶³⁾. Quae duae omnino causae et solae sunt, propter quas Principibus fas est severitatem in auferendis castigandisque facinoribus relaxare. Quas etiam ob causas Deus ipse cujus regimen omnis bonae gubernationis exemplar est, quamvis omnipotentis sit bonitatis et potestatis, mala non pauca vel parva in Angelis et hominibus etiam innocentibus permittere voluit, *melius judicans utrolibet isto modo de malis benefacere, quam mala nulla esse permittere* (August. in *Enchir. ad Laurent.*, c. 27) ⁶⁴⁾. Cum igitur omnis humanus principatus

⁶²⁾ Rom. XIII, 4, déjà cité dans le *Mars Gallicus*, II, 26, p. 336.

⁶³⁾ Jansénius s'efforce de montrer qu'il n'applique pas le principe « la fin justifie les moyens » comme son pamphlet (II, 13 à 15, pp. 272 sqq.) reprochait à Richelieu de le faire, mais celui du moindre mal, pris à saint Thomas (cf. *supra*, p. 252).

⁶⁴⁾ Edition de 1614, t. III, p. 71 A.

ex divino derivetur, eumque in gubernando imitari debeat, recte nonnulla mala in Republica sibi commissa tolerat, ne vel magnis [f. 2, v^o] quibusdam commodis careat, vel gravioribus incommodis opprimatur. Hoc vero in praesenti controversia quam maxime habere locum, non aliunde quam ex comparatione malorum utrimque circumstantium demonstrari potest.

Gravissimum incommodum quod ex aliquot ministrorum tolerantia expectari potest, vel solum istud, vel pene solum est quod ex ista publica concionum rituumque superstitiosorum libertate subditi in illis locis ubi ministri collocandi sunt in fide pervertendi, et cum fide erga Deum etiam fidelitate erga Principem suum exuendi esse videantur. Capitale profecto telum quo jugulum ejus quod praecipuum est in Republica, sive Deum sive Principem spectes, petitur. Quae quidem ratio arcendae a Republica tantae perniciiei fortassis eos pepulit qui Retorsiones istas quoquomodo manutenendas putant.

Sed si oculos in diversum convertamus, mala quae ex ista praerupta severitate sequi cernimus et sentimus, sine comparatione majora judicanda esse videntur. Nam imprimis, quamvis abstractim res intuendo haereseos praedicandae libertas per se nata sit populi animos pervertendo corrumpere, hac tamen tempestate ita novitatis istius audiendae prurigo deferbuit, praecipue in nostro Belgio, ubi haereseos Calvinianae vanitas percognita est, et funestissimarum tragoediarum ex ea pullulantium experimenta nondum animis exciderunt, ut istius impietatis libertas quae olim eradicandae fidei praesentissimum venenum erat, nunc ad eam quodammodo confirmandam Deo miserante facere videatur. Middelburgi, Flissingis, Enchusae, [f. 3, r^o] et in aliis quibusdam oppidis Zelandiae, Hollandiae, Frisiae, cum primum haeresis Calviniana nasceretur, tantus animorum torpor aut frigus erat, aut ardor hauriendae novitatis, ut spatio unius anni aut biennii urbes integrae quae Catholicae esse videbantur ad primum istius pestis afflatum a fide in perfidiam transferrentur, ita ut vix unus velut in vindemiata vinea racemus superesset fidelis Regi aut Deo. Nunc e contrario perspecta istius erroris fallacia et perniciies experta fecit, ut omni arte ac marte satagentibus ministris atque Ordinibus confoederatis vix unus, aut verius nec unus quidem quibusdam in locis qui non ante suspectus vel corruptus fuerit, in partes eorum pellici potuerit ⁶⁵⁾. Testis est lucu-

⁶⁵⁾ Le contraste entre les progrès foudroyants de la Réforme aux Pays-Bas au XVI^e siècle (sur ses causes, l'immoralité, l'ignorance et la tiédeur du clergé, cf. les études de Post et la *Correspondance*, pp. 4-7) et son échec presque complet dans les territoires conquis par elle au XVII^e siècle est en effet frappant (l'exécution d'Oldenbarneveldt marque, de ce point de vue, un tournant). La pénétration de Jansénius est d'autant plus remarquable qu'il était difficile de juger, moins de dix ans après la chute de Wesel et de Bois-le-Duc, si ce renversement de tendance serait définitif.

lenta Sylvaducis, Ruraemunda, Trajectum ⁶⁶⁾, ubi non aliud libertate Religionis effectum est, nisi ut quam alte fides pectoribus Catholicorum fixa fuerit nosceretur. Testis maxima pars Hollandiae ubi insanae concionatorum haereticorum undique circumstrepunt voces : nec aliud hactenus actum scimus, nisi ut ii quorum parentes tam facile primae haereseos obortae novitate capti sunt, filii deprehensae erroris vanitate et immanitate, resipiscant ⁶⁷⁾. Testis liber M. Antonii de Dominis, Archiepiscopi Spalatensis, qui cum omni genere fallaciae et eruditionis instructus sit, si majorum nostrorum aetate prodiisset, tamquam pestis praesentissimae exhalatio mundo fuisset formidabilis. Nunc nec unum quidem quod sciatur ineruditum, aut eruditum, ab Apostolicae Sedis fide aut reverentia divellere potuit ⁶⁸⁾. [f. 3, v^o] Tantum refert quo tempore, quo rerum et animorum statu, doctrina quaeque spargatur. Quo fit ut omnino credam paucorum Ministrorum tolerantiam perexiguam ad extirpandam Catholicam fidem in districtu Sylvaeducensi momentum allaturam. Quod eo minus formidolosum videtur, quo eis aptiora ad resistendum loca tradantur, pastoresque vel in iisdem, vel in vicinis municipiis doctiores haereticis opponantur. Ita jam olim in similibus circumstantiis judicabat S. Athanasius, qui cum ab eo Constantius Imperator Arianus peteret ut sibi una ecclesia ritibus et concionibus Arianis habendis destinanda Alexandriae traderetur, ubi episcopalem curam gerebat, Athanasius, paratum se professus est, dummodo vicissim una Antiochiae Catholicis traderetur. Cernebat enim Praesul sagacissimus illo tempore quo jam haeresis Arianæ novitas et audiendi cupido in animis hominum nonnihil deferbuerat, et isto loco ubi antidotum paratum erat ad manum, nihil aut perparum nocuenti ex erroris istius praedicandi libertate formidandum, et si quid forte suboriretur, facile Antiochena messe compensandum (*Zozomenus, lib. 3, cap. 19*) ⁶⁹⁾.

Jam vero si ex alia parte mala illa quae ex isto Retorsionum rigore in Rempublicam sequuntur, sinceriori trutinazione pendamus, deprehendemus, nisi fallor, ea majorem afferre et Religioni et Regi sine comparatione perniciem, quam ea quae ex ministrorum pau-

⁶⁶⁾ Villes tombées au pouvoir des Etats entre 1629 et 1632.

⁶⁷⁾ Les missionnaires séculiers et réguliers obtinrent en effet à cette époque de nombreuses conversions : les rapports adressés à Rome par Rovenius permettent d'en suivre les progrès (cf. J. DE JONGHE, *Phil. Rovenius, Archief... Utrecht*, t. 50 ; cf. aussi *ibid.*, tomes 31 et 32, 1905-1906).

⁶⁸⁾ Cf. *Correspondance*, pp. 16, 18 sqq., 171, 173. La remarque de Jansénius ne paraît pas contestable et trouve une confirmation dans les craintes sans objet qu'éprouva la Cour de Rome lors de la publication du *De Republica Christiana*.

⁶⁹⁾ Ce passage est d'autant plus piquant que le *Mars Gallicus* (II, 27, pp. 345 sqq.) s'indignait violemment des cessions d'église (à Maestricht, Ruremonde et Venlo) dont il rendait la France responsable et invoquait à ce sujet divers Pères et historiens anciens dont... Sozomène (p. 347).

corum tolerantia formidanda esse monstravimus. Nam imprimis videmus non solum ex illis paucis locis quibus [f. 4, r^o] ministri haeretici inferendi sunt, sed ex universa Taxandria seu Campinia, ditione Trajectensi, Limburgensi, Juliacensi ⁷⁰⁾, parte Flandriae, et aliis nonnullis locis universos fugatos esse pastores ac sacerdotes, ex quo fit ut loco paucorum qui forte (si multum haereseos istius praedicandae libertas nocere statuatur) infidelitate perirent, innumeri sive parvuli, sive adulti, sine instructione in fide vivant, sine sacramentis moriantur et pereant ⁷¹⁾.

Quid autem interest quo quisque modo pereat si interim perit ? Nec hoc ipsum quod tantopere formidamus malum Retorsionum severitate fugimus, sed incurrimus. Nam primo haereticis familiare est clanculum *penetrare domos* ⁷²⁾, ut Apostolus docet, suumque virus eo perniciosius, quo occultius, instillare. Nam longe potentius imperitorum animos movet id quod eis privatim specie charitatis familiari sermone proponatur, quam quod publice omnibus proponitur. Quemadmodum secreta confessoris admonitio longe vehementius poenitentis animum percellet, quam quod palam omnibus, ideoque saepe nemini, dicitur. Itaque dum unum concionatorem ex pulpito fugamus, plures clanculum intromittimus vel relinquimus : adversus quos nullum vulneratis antidotum, pulsus pastoribus, adhiberi potest.

Deinde quamvis malum illud cessare statuamus, ex alio latere deserto gregi patentissima ad perfidiam porta patet. Nam longi temporis experientia patefactum est, per seipsam languescendo deficere ac perire Catholicam fidem ubicumque ablatum fuerit istud pignus nostrae salutis, *juge sacrificium* ⁷³⁾ [f. 4, v^o]. Cujus rei causa duplex esse videtur, una, quod sacrificium istud non nisi fuga sacerdotum auferatur. Ubi autem sacerdotes fugati sunt, statim perit omnis fidei institutio, morumque disciplina. Hinc vitae in populo certissima dissolutio, et ex dissolutione rerum credendarum agendarumque contemptus, et ignoratio, et ex ignoracione

⁷⁰⁾ Située entre la Flandre et le Limbourg, la Campine avait pour villes principales Turnhout et Herenthals. Berg-op-Zoom se trouvait proprement en Taxandrie. Jansénius cite ensuite la région de Maestricht, le Limbourg, le duché de Juliers qui (le R. P. A. de Veer, A. A., me le rappelle à propos) couvrait une grande partie du diocèse de Ruremonde. Frédéric-Henri s'étant emparé en 1632 de toutes les villes fortifiées du Limbourg (Venlo, Straalen, Ruremonde, Sittard, Stevensweert) et de Maestricht, cette région eut, jusqu'en 1638 à souffrir de terribles mesures de rétorsion de la part des Hollandais et des Espagnols (L. J. ROGIER, *Geschiedenis van het Katholicisme in Noord-Nederland in de 16^e en 17^e eeuw*, Amsterdam, 1945, t. I, p. 627).

⁷¹⁾ L'argument se retrouvera sous la plume du P. J. de Tollenaere, cf. *supra*, p. 253.

⁷²⁾ 2 Timoth. III, 6.

⁷³⁾ Daniel VIII, 11-13; XI, 31; XIII, 11 sq.

fidei Catholicae, mors. Altera quod nescio quis occultus ardor ex isto auctore fidei et consummatore fidei Jesu substantialiter in sacrificio praesente et per sacrae Synaxeos frequentationem quodammodo pectoribus incorporato fidelibus inspiratur. Unde nascitur ut illa quotidiana fidei refectio insuperabiles vires tribuat, quibus adversus omnes perfidiae arietes immobiles invictique perseverent ⁷⁴). Quid igitur ex ista generali pastorum sacerdotumque dispersione nisi in universo isto populo deserto morum barbaries et fidei interitus exspectandus est ?

Hinc aliud non parvi sane pendendum consequetur malum. Prudentibus enim perspicuum est, nihil in Belgio efficacius esse, quo subditorum animi cum Principe suo colliguntur, quam Religionem. Hanc e medio tolle, confestim turmatim virent alienationes, proditiones, rebelliones. Quid enim magnam partem subditorum in provinciis rebellibus Principi suo devotissimos devinctissimosque etiamnum detinet, nisi unitas fidei ⁷⁵) ? Quid alios [f. 5, r^o] ibidem disjunctissimos, nisi infidelitas, quae ipsos pariter a Dei Religione et Regis subjectione dirupit ? Languescente igitur per pastorum abactionem Catholicae Religionis disciplina ac fide, non est quod speret Rex integram sibi mansuram illibatamque subditorum erga se devotionem atque obedientiam. Norunt hoc rebellium provinciarum Ordines ac de industria hanc eo flectendam occasionem eaque abutendum putant. Jam enim spargere coeperunt, non se, sed Regem, tot malorum quibus afficiuntur subditi Regis esse causam, se paratos concedere Catholicae Religionis libertatem pastorumque redditum si paucis duntaxat ministris detur locus : Regem nec tantillum subditis suis indulgere velle. Hinc et Sylvaducis sacerdotes exacti, et exigendorum caeterorum ex Provinciis confoederatis minae, ut et ostendant quid, si libeat, facere possint, et quid Regis, ut aiunt, duritia facere compellantur. Ita invidiam malorum omnium in Regem conferunt ut, quod ipsi hactenus obstinatione sua adversus Catholicam Religionem consequi nequiverunt, fucatae istius indulgentiae ostentatione consequantur ⁷⁶).

Denique ut quaestionis istius genuina intelligentia magis eluceat, animadversione dignum est, non tam agi hoc loco utrum haereseos exercitium in locis ubi Catholicae Religionis usus viget, admittendum sit ; quam utrum Catholicae Religionis publicum exercitium in

⁷⁴) Argument inattendu sous la plume de celui qu'on considère comme le fondateur du jansénisme.

⁷⁵) Les hommes d'Etat de Bruxelles et de Madrid devaient être sensibles à ces conséquences, d'ailleurs fondées : seuls des soucis religieux purent faire supporter aux provinces du Sud les inconvénients de la domination espagnole.

⁷⁶) La propagande des Etats devait d'autant plus insister sur ce point qu'ils étaient obligés par leurs traités avec la France à maintenir l'exercice du catholicisme dans les territoires dont ils s'emparaient (cf. *Mars Gallicus*, II, 26, pp. 333 sqq.).

loca unde exulat reducendum. Est enim perspicuum cultum Religionis Catholicae universum una cum concionibus, sacerdotibus, et sacrificio, a locis omnibus tributo obnoxiiis penitus exterminatum esse, et porro ulterius sine spe restitutionis exterminandum, nisi vi potentiore per vicinarum urbium recuperationem velut unicum Religionis ibi manutenendae praesidium, reducat. Prima quaestio merito nonnullam dubitationem nisi certae circumstantiae deformitatem deleant, habere potest, secunda nullam. Quis enim non primo intuitu cernat bonum, licitum, laudabilem Principis conatum esse quo exulantem e tota Campinia aliisque districtibus Religionem, una cum sacerdotibus totoque Catholicae disciplinae apparatu splendori suo restituat, tametsi pauculos ministros insaniae suae quibusdam in locis indulgere permittat ? Perinde hoc est ac si quaereretur utrum recte fecerit Princeps si Religionis Catholicae publicum exercitium toti Sylvaeducensi aut Antwerpiensi ditioni reddat, ea lege ut paucis in pagis Calvinianis ministris haud secus atque Catholicis libertas relinquatur. Quis enim sanae mentis dubitaverit recte partem restitui ubi totum non potest ? Et perperam totum corpus abjici quia exiguae particulae plena sanitas obtineri simul nequit ? Utinam per universas Regis provincias quibus rebellium arma dominantur, Catholicis libertas exercendae Religionis ea conditione redderetur ut non pauculi, verum tot quot rebellibus visum esset, ministri tolerandi forent, quamvis eodem etiam arma nostra pertingerent. Ab utrisque enim locis sacerdotes pulsi sunt, hac una differentia quod recentius istud vulnus acerbior dolore sensus nostros ferit.

2^a Quaestio : **An tolerari debeant ?**

Quae si vera sunt, facile consequenter patet utrum Princeps hujusmodi tolerantiam ex conscientiae lege indulgere teneatur. Nam quemadmodum ecclesiasticam potestatem antistitibus, ipsisque apostolis *Dominus dedit in aedificationem et non in destructionem* ⁷⁷⁾, ut propterea sese existimare debeant non rerum [f. 6, r^o] sacrarum dominos sed *fideles dispensatores mysteriorum Dei* ⁷⁸⁾. Ita quoque principibus saecularibus potestas gubernandi populi a Deo tradita est, non ut suis ipsorum sed Reipublicae emolumentis et necessitatibus consulant. Nullo quippe pacto leges et labor eorum in procuratione Reipublicae pugnare adversus ejusdem utilitates debent, sed ei potius deservire meminisse debent. *Non Rempublicam suam esse sed se Reipublicae*, utpote cui tanquam homerico ποιμένα λαῶν *pastori populorum, non civium servitus, sed tutela tradita est* (Seneca de Clem.) ⁷⁹⁾.

Peccat igitur in officii divinitus concessi leges, qui Reipublicae necessitate non temporali tantum, quae facilius justa quapiam ra-

⁷⁷⁾ 2 Cor. XIII, 10.

⁷⁸⁾ I Cor. IV, 1-2.

⁷⁹⁾ Cette théorie du bien public semble thomiste.

tione praeteriri potest, sed spiritali flagitante mali cujuspiam tolerantiam, rigidae severitatis obtentu, salutem animarum subditorum in periculum et perniciem praecipitat, ipsamque Religionem, ne paucis in pagis violata vel sit, vel esse videatur, in eisdem istis pagis et provincia paene universa certae ruinae exponit.

Nec sane video quo modo hic non in dominicum praeceptum impingamus, quo servis ardentiore zelo zizania ex agro Domini sui colligere properantibus, dominus respondit : *Non ; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum* ⁸⁰⁾. In quibus verbis Doctorum omnium coryphaeus S. Augustinus non consilium, sed verum praeceptum a Domino principibus Ecclesiae datum esse definit, ne mala et malos imprudenti severitate ita persequi ac tollere conentur, ut simul etiam bonis, praesertim infirmis perniciem ferant. *Absit, inquit, a servis patrisfamilias, ut immemores sint praecepti Domini sui : et sic adversus zizaniorum multitudinem flagrantia sanctae indignationis ignescant, ut cum ea volunt ante tempus colligere, simul eradicetur et triticum* (lib. 3 contra litter. Petil., c. 4) ⁸¹⁾, hoc est ut salus infirmorum et tanquam lactentium frumentorum, rigida ista severitate, vel severitatis umbra et crudelitate, laedatur. Cum enim hujusmodi rigor in Principe medicinalis esse debeat, ut per eum subditorum salus quantum fieri potest in tuto collocetur : si et illa ipso rigore periclitatur aut perditur, jam non solum superfluous, sed et perniciosus, et propterea neque medicinalis esse convincitur. Tenetur igitur eum temperare, et permittere quae dicta sunt mala, ut alia superius recensita longe graviora caveantur.

Non est igitur quod bonus Princeps istam adhibendo ministrorum haereticorum tolerantiam [f. 7, r^o] se officio suo defuisse vel Ecclesiam neglexisse vereatur. Non sola scelerum indulgentia sed et importuna coercendi pervicacia salus Reipublicae periclitari potest. Nonnunquam et illud Augustini auscultandum est : *Perturbationes malorum qui comprimere non potuerit, veritate defensa, cesserit unitate servata* (Lib. quaest. super Matth., q. 11) ⁸²⁾. Unitas Ecclesiae, hoc est, pax et salus Reipublicae, totius gubernationis suprema lex, propter quam servandam si pestes ejus tollere non permittimur, *non tamen ideo Ecclesiam negligimus, sed toleramus quod nolumus, ut perveniamus quo volumus, utentes cautela praecepti Dominici ne, cum volumus ante tempus colligere zizania, simul eradicemus et triticum* (Aug. lib. ad donatist. Coll., c. 20) ⁸³⁾.

3^a Quaestio : Qua ratione cum eis conveniendum ?

Quod vero tertium quaeritur, utrum nuda utrimque convenientia rem istam peragi, an stipulatione firmari expediat : contractum

⁸⁰⁾ Matth. XIII, 29.

⁸¹⁾ Edition de Paris, 1614, t. VII, p. 126 B.

⁸²⁾ Ibid., t. IV, p. 157 B.

⁸³⁾ Ad Donatistas post Collationem liber unus, ch. 20, *ibid.*, t. VII, p. 239 A.

intervenire fateor malim. Perexiguam enim Religioni et pastoribus sola utrimque tolerantia afferret securitatem, ubi contractu intercedente et fides erit certior et perfidia evidentior. Nec aliud inde timendum videtur, nisi quod rebus mutatis, ut Sylvaducis recuperata, promissis suis Princeps non ita facile liberari potest ; sed parvi momenti ista videtur trepidatio : per se enim isto casu ut contractus, ita et fides ejus evanescit. Nec enim alio sensu aut scopo utrimque coalescet, nisi qua de jurisdictione territorii Sylvaeducensis quaestio vertitur : quae tunc ipsa civitatis istius recuperatione definita fuerit ⁸⁴). [f. 7, v^o] Utrum vero isti conventioni de Religione etiam temporalium controversiarum tractatum intervenire satius fuerit, equidem non video quid ita fieri vetet, si necessitas etiam de temporalibus difficultatibus transigendum suadeat. Honestius enim forsitan isto quoque obtentu conventus deputatorum condici posset, et in eo salubriter oppressio subditorum averti qua nova genera tributorum in singulos machinantur dies. Malim tamen eventum tractatus de Religione nullo pacto ab altera de temporalibus conventionione suspendi, sed statim in ingressu sive per modum provisionis, sive potius absoluta transactione concludi. Facilius enim fortassis controversiae de Religione quam de temporalibus sopientur. Quae omnia ita dixerim ut ea non solum Suae Celsitudinis, sed omnium prudentium judicio libenter submittam.

Actum 6 februarij 1638

Corn. Episcopus Iprensis

Copie, Bruxelles, Arch. Gén. Roy., Secrét. Etat Guerre 304.

PRIÈRE DEVANT LA SAINTE COMMUNION

Domine, non sum dignus. Seigneur, je ne suis pas digne que vous entriez en moy, car la maison de mon âme est bien étroite et bien petite pour un si grand hoste que vous, mon Seigneur et mon Dieu, mais dites une parole et vous me rendrez capable de vous recevoir. Je ne suis pas digne que vous entriez en moy, parce que la maison de mon âme tombe en ruine, mais afin qu'elle soit digne que vous veniez, dites une parole et la réparez.

Je ne suis pas digne, Seigneur, que vous entriez en moy, parce qu'il y a dans mon âme des choses qui peuvent offenser vos yeux, je le scay et je le confesse. Mais qui peut la rendre nette que vous seul ? Dites une parole afin qu'elle soit digne que vous y veniez, et par vostre entrée, elle sera sanctifiée. Jansénius.

On lit au verso : « Cecy vient de Port-Royal des Champs et

⁸⁴) Les prétentions des Etats sur la Mairie n'avaient en effet d'autre base juridique que la possession de la ville de Bois-le-Duc.

est de la main d'une religieuse » (Bibl. Nat., *ms. français* 13.891, f. 29).

Ce manuscrit est un recueil fait en 1743 par M. de Bullion, maréchal de camp et prévôt de Paris, de plusieurs pièces imprimées et manuscrites venant de P. R. des Champs. Ce sont surtout des prières et des méditations copiées par les religieuses de Port-Royal. Bullion dit (p. 2) que « tout ce qui est dans ce petit livre lui vient de l'abbé de Fleury, chanoine de Notre-Dame, et neveu de M. le Procureur Général, à qui M. d'Argenson, lieutenant de police, lors de la destruction de Port-Royal des Champs, avait remis deux ou trois grands coffres de papiers venant de ce saint monastère. M. de Fleury en a donné beaucoup... ».

Paris.

J. ORCIBAL.